



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## **Divi Thomae Aqvinatis Doctoris Angelici Opera Omnia**

Summa diligentia ad exemplar Romanæ Impreßionis restituta  
Complectens Primam Secundæ, & Secundam Secundæ Summæ  
Theologiæ

**Thomas <von Aquin, Heiliger>**

**Venetiis, 1593**

Qvaestio CVIII. De his, quæ continentur in lege noua.

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-72759](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-72759)

fibus actibus, puta, quod aliquis opus uirtutis exerceat prompte & delectabiliter, & circa hoc difficile est uirtus; hoc enim non habenti uirtutem est ualde difficile, sed per uirtutem redditur facile. Et quantum ad hoc, praecepta nouae legis sunt grauiora praecipis ueteris legis, quia in noua lege prohibentur interiores motus animi, qui expresse in ueteri lege non prohibebantur in omnibus, etsi in aliquibus prohiberentur, in quibus tamen prohibendis poena non apponatur. hoc autem est difficillimum non habenti uirtutem, sicut etiam Philos. dicit in 5. Ethic. \* quod operari ea quae iustus operatur, facile est: sed operari ea eo modo quo iustus operatur, s. delectabiliter & prope, est difficile non habenti iustitiam. Et sic est dfr 1. lo. 5. quod mandata eius grauiora non sunt, quod exponens Aug. dicit, \* quod non sunt grauiora amanti, sed non amanti sunt grauiora.

AD PRIMVM ergo dicendum, quod auctoritas illa loquitur expresse de difficultate nouae legis, quantum ad expressam prohibitionem interiorum motuum.

AD SECVNDVM dicendum, quod aduersitates quas patiuntur obseruatores nouae legis, non sunt ab ipsa lege impositae, sed tamen propter amorem, in quo ipsa lex consistit, faciliter tolerantur, quia sicut Au. dicit in li. de uerbis Domini, \* omnia saeva & immania, & facilia, & prope nulla efficit amor.

AD TERTIVM dicendum, quod illae additiones ad praecipia ueteris legis, ad hoc ordinantur, ut facilius impleat, quod uetus lex mandabat, sicut Aug. dicit: & ideo per hoc non ostenditur, quod noua lex sit grauior, sed magis quod sit facilior.

QVAESTIO CVIII.

*De his quae continentur in lege noua, in quatuor articulos diuisa.*

DEINDE considerandum est de his quae continentur in lege noua.

ET CIRCA hoc quaeruntur quatuor.

¶ Primo, Vtrum lex noua debeat aliqua opera exteriora praecipere, uel prohibere.

¶ Secundo, Vtrum sufficienter se habeat in exterioribus actibus praecipendis, uel prohibendis.

¶ Tertio, Vtrum conuenienter instituat homines quantum ad actus interiores.

¶ Quarto, Vtrum conuenienter superaddat consilia praecipis.

ARTICVLVS PRIMVS.

*Vtrum lex noua aliquos exteriores actus debeat praecipere, uel prohibere.*

AD PRIMVM sic proceditur. Videtur, quod lex noua nullos exteriores actus debeat praecipere, uel prohibere. Lex enim noua est Euangelium regni, secundum illud Matthaei uigesimo quarto. Praedicabitur hoc Euangelium regni in uniuerso orbis: sed solum in interioribus actibus, sed solum in interioribus, secundum illud Luc. 17. Regnum Dei intra uos est. & Roma. 14. Non est regnum Dei esca & potus, sed iustitia, & pax, & gaudium in Spiritu sancto. ergo lex noua non debet praecipere, uel prohibere aliquos exteriores actus.

¶ Pret. Lex noua est lex Spiritus, ut dicitur Ro. 8. sed ubi Spiritus Domini, ibi libertas, ut dicitur 2. ad Corinth. 3. Non est autem libertas, ubi homo obli-

gatur ad aliqua opera exteriora facienda, uel uitanda. ergo lex noua non continet aliqua praecipia, uel prohibitiones exteriorum actuum.

¶ 3. Praet. Omnes exteriores actus pertinere intelliguntur ad manum, sicut interiores actus pertinent ad animum; sed haec ponitur differentia inter nouam legem & ueterem, quod uetus lex cohibet manum, sed lex noua cohibet animum. ergo in lege noua non debent poni prohibitiones, & praecipia exteriorum actuum, sed solum interiorum.

SED CONTRA est, quod per legem nouam efficiuntur homines filii lucis. unde dicitur Ioan. 12. Credite in lucem, ut filii lucis sitis, sed filios lucis decet opera lucis facere, & opera tenebrarum abicere, secundum illud Ephes. 5. Eratis aliquando tenebrae, nunc autem lux in Domino, ut filii lucis ambulatis. ergo lex noua quaedam exteriora opera debuit prohibere, & quaedam praecipere.

RESPON. Dicendum, quod sicut supra dictum est, Principalitas legis nouae, est gratia Spiritus sancti, quae manifestatur in fide per dilectionem operante. hanc autem gratiam consequuntur homines per Dei filium hominem factum, cuius humanitate primò repleuit gratia, & ex inde est ad nos deriuata. unde dicitur Io. 1. Verbum caro factum est. & postea subditur: Plenum gratiae & ueritatis. & infra: De plenitudine eius nos omnes accepimus, & gratiam pro gratia. unde subditur quod, Gratia & ueritas per Iesum Christum facta est. Et ideo conuenit, ut per aliqua exteriora sensibilia gratia a Verbo incarnato profluens, in nos deducatur: & ex gratia interiori, per quam caro spiritui subditur, exteriora quaedam opera sensibilia producantur. Sicutigitur exteriora opera dupliciter ad gratiam pertinere possunt. Vno modo sicut inducentia aequaliter ad gratiam: & talia sunt opera sacramentorum, quae in noua lege sunt instituta, sicut baptismus, Eucharistia, & alia huiusmodi. Alia uero sunt opera exteriora, quae ex instinctu gratiae producuntur: & in his est quaedam differentia attendenda. Quaedam enim habent necessariam conuenientiam, uel contrarietatem ad interiorem gratiam, quae in fide per dilectionem operante consistit: & huiusmodi exteriora opera sunt praecipia, uel prohibita in lege noua, sicut praecipia est confessio fidei, & prohibita negatio; dicitur enim Matth. decimo. Qui confitebitur me coram hominibus, confitebor & ego eum coram Patre meo: qui autem negauerit me coram hominibus, negabo & ego eum coram Patre meo. Alia uero sunt opera, quae non habent necessariam contrarietatem, uel conuenientiam ad fidem per dilectionem operantem: & talia opera non sunt in noua lege praecipia, uel prohibita ex ipsa prima legis institutione, sed relicta sunt a legislatore, scilicet Christo, unicuique secundum quod aliquis alicuius curam gerere debet; & sic unicuique liberum est circa talia determinare quid sibi expediat facere, uel uitare; & cuiusque praesidenti circa talia ordinare suis subditis, quid sit in talibus faciendum, uel uitandum.

Vnde etiam quantum ad hoc, dicitur lex Euangelii, lex libertatis: nam lex uetus multa determinabat, & pauca relinquebat hominum libertati determinanda.

AD PRIMVM ergo dicendum, quod regnum Dei in interioribus actibus consistit principaliter, sed ex consequenti etiam ad regnum Dei pertinent omnia illa, sine quibus interiores actus esse non possunt. Sicut si regnum Dei est interior iustitia, & pax, & gaudium spirituale, necesse est quod omnes exteriores actus

Prima, Secunda S. Thomae. HH. 3 actus

actus, qui repugnant iustitia, aut paci, aut gaudio spiritali, repugnent et regno Dei: & ideo sunt in Evangelio regni prohibendi. illa uero quae indifferentes se habent respectu horum, puta, comedere hos, uel illos cibos, in his non est regnum Dei. unde Apostolus praemittit. Non est regnum Dei cibus & potus.

AD SECUNDVM dicendum, quod secundum Philosopho, in 1. Met. liber est, qui causa est. ille ergo libere aliquid agit, qui ex seipso agit: quod autem homo agit ex habitu suae naturae conuenienti, ex seipso agit, quia habitus inclinatur in modum naturae. Si uero habitus esset naturae repugnans, homo non ageret secundum quod est ipse, sed secundum aliquam corruptionem sibi superuenientem. Quia igitur gratia Spiritus sancti est sicut interior habitus nobis infusus inclinans non ad recte operandum, facit nos libere operari ea quae conueniunt gratiae, & uitare ea quae gratiae repugnant. Sic igitur lex noua dicitur lex libertatis dupliciter. Vno modo, quia non arctat nos ad faciendam, uel uitandam aliquam, nisi quae de se sunt uel necessaria, uel repugnantia saluti, quae cadunt sub praecipito, uel prohibitione legis. Secundum, quia huiusmodi praecipita, uel prohibitiones facit nos libere implere, in quantum ex interiori instinctu gratiae ea implemus, & propter haec duo lex noua dicitur lex perfectae libertatis, Iacobi. 1.

AD TERTIVM dicendum, quod lex noua prohibendo animum ab inordinatis motibus, oportet etiam quod cohibeat manum ab inordinatis actibus, qui sunt effectus interiorum motuum.

ARTICVLVS II.

*Utrum lex noua sufficienter exteriores actus ordinauerit.*

Infr. ar. 4. Et quod. 4. art. 13. corp.

AD SECUNDVM sic proceditur. Videtur quod lex noua insufficienter exteriores actus ordinauerit. Ad legem enim nouam praecipue pertinere uidetur fides per dilectionem operans, secundum illud ad Gal. 5. In Christo Iesu neque circumcisio aliquid ualet neque praepitium, sed fides quae per dilectionem operatur: sed lex noua explicauit quaedam credenda, quae non erant in ueteri lege explicata, sicut de fide Trin. ergo et debuit superaddere aliqua exteriora opera moralia, quae non erant in ueteri lege determinata.

q. 101. ar. 4. & q. 102. ar. 4.

¶ 2 Praet. In ueteri lege non solum sunt instituta sacramenta, sed etiam aliqua sacra, ut supra dictum est: sed in noua lege etiam sunt instituta aliqua sacramenta, nulla tamen sacra instituta a Deo uidentur, puta, quae pertineant uel ad sanctificationem alicuius templi, uel uasorum, uel etiam ad aliquam solemnitatem celebrandam, ergo lex noua insufficienter exteriores actus ordinauerit.

q. 101. ar. 4. & q. 102. ar. 5. & 6

¶ 3 Praet. In ueteri lege sicut erant quaedam obseruatiae pertinentes ad Dei ministros, ita et erant quaedam obseruatiae pertinentes ad populum, ut supra dictum est, cum de caeremonialibus ueteris legis ageretur, sed in noua lege uidentur aliqua obseruatiae esse datae ministris Dei, ut patet Matth. 10. Nolite possidere aurum neque argentum, neque pecunias in zonis uestris, & caetera, quae ibi sequuntur, & quae dicuntur Luc. 9. & 10. ergo etiam debuerunt aliqua obseruatiae institui in noua lege ad populum fidelium pertinentes.

¶ 4 Praet. In ueteri lege praeter moralia & caeremonialia fuerunt quaedam iudicialia praecipita: sed in lege noua non traduntur aliqua iudicialia praecipita, ergo lex noua insufficienter exteriores actus ordinauerit.

SED CONTRA est, quod Dominus dicit Mat. 7. Omnis qui audit uerba mea haec, & facit ea, assimilabitur uiro sapienti qui edificauit domum suam supra petram, sed sapiens aedificator nihil omittit eorum, quae necessaria ad aedificium, ergo in uerbis Christi continentur omnia posita, quae pertinent ad humanam salutem.

Respon. Dicendum, quod sicut dictum est, quod in exterioribus illa solum praecipere debent prohibere, per quae in gratiam introduciuntur, pertinent ad rectum gratiae uitium ex necessitate, quia gratiam ex nobis consequi non possumus, per Christum solum, ideo sacramenta, per quae gratiam consequimur, ipse Dominus instituit per seipsum, scilicet, baptismum, Eucharistiam, orationem, ministrorum nouae legis, institutio Apostolorum, praecipue in duos de septuaginta, & penitentiam, & confirmationem etiam, confirmatio enim, confirmatio est, quae est instituta per Spiritum sancti missionem, ex eius statu institutio Apostoli leguntur oleo infusus, uel doctus sanasse, ut habetur Marc. 6. quae sunt nouae caeremoniae. Rectus autem gratiae usus est operatio, quae quidem secundum quod sunt de necessitate uirtutis, pertinent ad praecipita moralia, quae in ueteri lege tradebantur, unde quantum ad haec noua super ueterem addere non debuit caeremonia agenda. Determinatio autem praecipitorum in ordine ad cultum Dei, pertinent ad praecipita caeremonialia legis: in ordine uero ad praecipita iudicialia, ut supra dictum est. Et ideo quaedam determinationes non sunt secundum se de necessitate interioris gratiae, in qua lex consistit, idcirco cadunt sub praecipito nouae legis, sed relinquuntur humano arbitrio; quaedam quidem quantum ad subditos, quae scilicet pertinent singulatiim ad quemque: quaedam uero ad praecipita temporalia uel spirituales, quae scilicet pertinent ad unum commune. Sic igitur lex noua nulla alia caeremonia opera determinare debuit praecipiendo, nisi haec, nisi sacramenta, & moralia praecipita, de se pertinent ad rationem uirtutis, puta, occidendum, non esse furandum, & alia huiusmodi.

AD PRIMVM ergo dicendum, quod quaedam fidei, sunt supra rationem humanam, unde non possumus peruenire nisi per gratiam, & ideo praecipitiorum gratia superueniente oportuit praecipitiorum da explicari. Sed ad opera uirtutum diriguntur rationem naturalem, quae est regula quaedam rationis humanae, ut supra dictum est: & ad haec non oportuit aliqua praecipita dari uel moralia legis praecipita, quae sunt de caeremonialibus.

AD SECUNDVM Dicendum, quod in facis nouae legis datur gratia, quae non est nisi in se, & ideo oportuit quod ab ipso instituta obseruarent, sed in facis non datur aliqua gratia, per consecrationem templi, uel altaris, uel aliorum huiusmodi, aut etiam in ipsa caeremonia solennitatis, & ideo quia talia secundum seipsa non continent ad necessitatem interioris gratiae, Dominus fidelibus instituenda reliquit pro suo arbitrio.

AD TERTIVM Dicendum, quod illa praecipita dedit Apostolis non tanquam caeremonias obseruandas, sed tanquam moralia instituta, & intelligi dupliciter. Vno modo, secundum Apostolum, de consensu Euangelistarum: ut non praecipit, sed concessiones. Concessit enim eis praecipere ad praedicationis officium sine periculo, & aliis huiusmodi, tanquam habentibus

tem necessaria uite accipiendi ab illis. quibus prædica-  
bant. unde subdit. Dignus est enim operarius cibo  
suo, non autem peccat, sed supererogat, qui sua por-  
tat, ex quibus uiuat in prædicationis officio non acci-  
piens iustum ab his, quibus Euangeliū prædicat,  
sicut Paulus fecit. Alio modo, possunt intelligi secū-  
dum aliorum sanctorum expositionem, ut sint quæ-  
dam statuta temporalia a Apostolis data pro illo tem-  
pore quo mittebantur ad prædicandum in Iudæam  
ante Christi passionem. Indigebant enim discipuli  
quasi adhuc paruuli sub Christi cura existentes, acci-  
pere aliqua specialia instituta a Christo, sicut quilibet  
subditi a suis prælati, præcipue quia erant  
paupulati exercitandi, ut temporalium sollicitu-  
dinem abdicarent: per quod reddebantur idonei ad  
hoc, quod Euangelium per uniuersum orbem præ-  
dicarent. Nec est mirum si adhuc durante statu uete-  
ris legis, & nondum perfectam libertatem Spiritus  
consecutus, quodam determinatos modos uiuen-  
di instituit, quæ quidem statuta imminente passioe  
remouit tanquam discipulis iam per ea sufficienter  
exercitatis: unde Luc. 22. dixit. Quando misi uos sine  
saculo, & pera, & calceamentis, nunquid defuit ali-  
quid uobis? at illi dixerunt. Nihil. dixit ergo eis. Sed  
nunc qui habet sacculum, tollat similiter & peram:  
iam. n. imminet tempus perfectæ libertatis, ut tota  
liter suo dimitterentur arbitrio in his quæ secundū  
se non pertinent ad necessitatem uirtutis.

AD QUARTVM Dicendum, quod iudicialia etiam se-  
cundum se considerata non sunt de necessitate uir-  
tutis quantum ad talem determinationem, sed solū  
quantum ad communem rōnē iustitiæ, & ideo iudi-  
cialia præcepta reliquit Dominus disponenda his, quæ  
curam aliorum erant habituri uel spirituales, uel  
temporales. Sed circa iudicialia præcepta ueteris le-  
gis quædam explanauit propter malum intellectum  
Pharisæorum, ut infra dicitur.\*

ARTICVLVS III.

*Vtrum lex noua hominem circa interiores actus  
sufficienter ordinauerit.*

AD TERTIVM sic procedit. Videtur, quod cir-  
ca interiores actus lex noua insufficienter homi-  
nem ordinauerit. Sunt. n. decem præcepta decalo-  
gi ordinantia hominem ad Deum & proximum:  
sed Dominus solum circa tria illorum aliquid adim-  
pleuit. Circa prohibitionem homicidii, & circa pro-  
hibitionem adulterii, & circa prohibitionem iurii.  
ergo uidetur quod insufficienter hominē ordinauerit,  
adimpletionem aliorum præceptorum præmittens.

¶ 2 Præ. Dominus nihil ordinauit in Euangelio de  
iudicialibus præceptis nisi circa repudium uxoris, &  
circa penam talionis, & circa persequutionem iniuri-  
corum: sed multa sunt alia iudicialia præcepta uete-  
ris legis, ut supra dictum est. ergo quantum ad hoc  
insufficienter uitam hominum ordinauit.

¶ 3 Præ. In ueteri lege præter præcepta moralia, & iu-  
dicialia, erant quædam ceremonialia, circa quæ Dñs ni-  
hil ordinauit. ergo uidetur insufficienter ordinasse.

¶ 4 Præ. Ad interiorem bonum mentis dispositio-  
nem pertinet, ut nullum bonum opus homo faciat  
propter quemcunque temporalem finem: sed multa  
sunt alia temporalia bona, quàm fauor humanus,  
multa etiam sunt alia bona opera, quàm ieiunium,  
elemosyna, & oratio. ergo inconueniens fuit, quod  
Dñs docuit solum circa hæc tria opera gloriæ fauo-

ris humani uitari, & nihil aliud terrenorū bonorū.  
¶ 5 Præ. Naturaliter homini inditum est, ut sollicitè  
circa ea quæ sunt sibi necessaria ad uiuendum, in  
qua etiam sollicitudine alia animalia cum homine  
conueniunt: unde dicitur Prou. 6. Vade ad formicā  
o piger, & considera uiam eius, quæ cum non ha-  
beat præceptorem, uel ducem, parat in æstate cibum  
sibi, & congregat in messe, quod comedat: sed omne  
præceptum quod datur contra inclinationem natu-  
ræ, est iniquum, utpote contra legem naturalem exi-  
stens. ergo inconuenienter uidetur Dominus prohi-  
buisse sollicitudinem uictus & uestitus.

¶ 6 Præ. Nullus actus uirtutis est prohibendus: sed  
iudicium est actus iustitiæ, secundum illud psal. 93.  
Quousque iustitia conuertatur in iudicium. ergo in-  
conuenienter uidetur Dominus iudiciū prohibuisse,  
& ita uidetur lex noua insufficienter hominem  
ordinasse circa interiores actus.

SED CONTRA est, quod Aug. dicit in li. de ser-  
mone Domini in monte. \* Considerandum est, quæ  
cū dixit, Qui audit uerba mea hæc significat, sermo-  
nem istum Domini omnibus præceptis, quibus Chri-  
stiana uita formatur, esse perfectum. -

RESPON. Dicendum, quod si cut ex inducta au-  
thoritate Aug. \* apparet, sermo quem Dominus in  
monte proposuit, totam informationem Christia-  
næ uitæ continet, in quo pfecte interiores motus ho-  
minis ordinantur. Nam post declaratum beatitudi-  
nis finem, cōmendata apostolica dignitate, per quos  
erat doctrina euangelica promulganda, ordinat in-  
teriores hominis motus, primo quidem quantum  
ad seipsum: & deinde quantum ad proximum. Quā-  
tum autem ad seipsum dupliciter secundum duos  
interiores hominis motus circa agenda, quæ sunt uo-  
luntas de agendis, & intentio de fine: unde primo  
ordinat hominis uoluntatem secundum diuersa le-  
gis præcepta, ut scilicet, abstineat aliquis non solum  
ab exterioribus operibus, quæ sunt secundum se ma-  
la, sed etiam ab interioribus, & ab occasionibus ma-  
lorum. Deinde ordinat intentionem hominis di-  
cens, quod in bonis quæ agimus, neque quæra-  
mus humanam gloriam, neque mundanas diuitias,  
quod est thesaurizare in terra. Consequen-  
ter autem ordinat interiorem hominis motum  
quo ad proximum, ut scilicet, eum non temera-  
rie, aut iniuste iudicemus, aut presumptuose. neque  
ramen sic simus apud proximum remissi, ut eis  
sacra committamus, si sint indigni. Ultimo autem  
docet modum adimplendi euangelicam doctri-  
nam, scilicet, implorando diuinum auxilium, &  
conatum apponendo ad ingrediendum per angus-  
tam portam perfectæ uirtutis, & cautelam adhiben-  
do ne a seductoribus corrumparamur, & quod obser-  
uatio mandatorum eius est necessaria ad uirtutem,  
non autem sufficit sola confessio fidei, uel miraculo-  
rum operatio, uel solus auditus.

AD PRIMVM ergo dicendum, quod Dominus circa  
illa legis præcepta adimpletionem apposuit, in qui-  
bus Scribæ & Pharisæi non rectum intellectum ha-  
bebant, & hoc contingebat præcipue circa tria præ-  
cepta decalogi. Nam circa prohibitionem adul-  
terij, & homicidij estimabant solum exteriorem  
actum prohiberi, non autem interiorem appeti-  
tum, quod magis credebant circa homicidium  
& adulterium, quàm circa furtum, uel falsum  
testimonium, quia motus iræ in homicidium ten-  
dens, & concupiscentiæ motus tendens in adul-  
terium, uidentur aliquo modo nobis a natura in-  
esse, non autem appetitus iurandi, uel falsum

Prima Secundæ s. Thomæ. H H 10

Lib. 1. circa  
prin. & li. 2.  
c. 40. 10. 6.

In argu. Sed  
contra.

testimonium dicendi. Circa perjurium uero habent falsum intellectum, credentes perjurium quidem esse peccatum, iuramentum autem per se esse appetendum, & frequentandum, quia uidetur ad Dei reuerentiam pertinere: & ideo Dominus ostendit iuramentum non esse appetendum tamquam bonum, sed melius esse absque iuramento loqui, nisi necessitas cogat.

AD SECVNDVM dicendum, quod circa iudicialia precepta dupliciter Scribae & Pharisei errabant. Primo quidem, quia quaedam quae in lege Moyse erant tradita, tanquam promissiones, aestimabant esse per se iusta, scilicet, repudium uxoris, & usuras accipere ab extraneis: & ideo Dominus prohibuit uxoris repudium, Matt. 5. & usurarum accceptionem, Luc. 6. dicens, Date mutuum, nihil inde sperantes. Alio modo errabant credentes quaedam, quae lex uetus instituerat facienda propter iustitiam, esse exequenda ex appetitu uindictae, uel ex cupiditate temporalium rerum, uel ex odio inimicorum, & hoc in tribus preceptis. Appetitum enim uindictae credebant esse licitum propter preceptum datum de pena talionis, quod quidem fuit datum, ut iustitia seruaretur, non ut homo uindictam quaereret, & ideo Dominus ad hoc remouendum docet animum hominis sic debere esse preparatum, ut si necesse sit, etiam paratus sit plura sustinere. Morum autem cupiditatis aestimabant esse licitum propter precepta iudicialia, in quibus mandabatur restitui rei ablatae fieri eam cum aliqua additione, ut supra dictum est. & hoc quidem lex mandauit propter iustitiam obseruandam, non ut daret cupiditati locum: & ideo Dominus docet, ut ex cupiditate nostra non repetamus, sed simus parati, si necesse fuerit, etiam ampliora dare. Motum uero odii credebant esse licitum propter precepta legis data de hostium interfecione, quod quidem lex statuit propter iustitiam implendam, ut supra dictum est, non propter odia ex fatuanda, & ideo Dominus docet, ut ad inimicos dilectionem habeamus, & parati simus, si necesse fuerit etiam benefacere. haec enim precepta secundum preparationem animi sunt accipienda, ut Augustinus exponit.

q. 105. art. 2. ad 9.

q. 105. art. 3.

lib. i. de ser. do. in motu c. 34. 35. & 36.

AD TERTIVM dicendum, quod precepta moralia omnino in noua lege remanere debebant, quia secundum se pertinent ad rationem uirtutis. Precepta autem iudicialia non remanebant ex necessitate secundum modum quem lex determinauit, sed relinquebatur arbitrio hominum, utrum sic, uel aliter esset determinandum: & ideo conuenienter Dominus circa haec duo genera preceptorum nos ordinauit. Preceptorum autem ceremonialium obseruatio totaliter per rei impletionem tollebatur; & ideo circa huiusmodi precepta in illa communi doctrina nihil ordinauit. Ostendit tamen alibi, quod totus corporalis cultus, qui erat determinatus in lege, erat in spirituale commutandus, ut patet Io. 4. ubi dixit: Venit hora quando neque in monte hoc, neque in Hierosolymis adorabitis Patrem, sed ueri adoratores adorabunt Patrem in spiritu & ueritate.

AD IIII. dicendum, quod omnes res mundanae ad tria reducuntur. scilicet honores, diuitias, & delicias, secundum illud i. Io. 2. Omne quod est in mundo, concupiscentia carnis est, quod pertinet ad delicias carnis, & concupiscentia oculorum, quod pertinet ad diuitias, & superbia uitae, quod pertinet ad ambitum gloriae, & honoris. Superfluas autem carnis delicias lex non promissit, sed magis prohibuit: repromissit autem celsitudinem honoris, & abundantiam diuitiarum. Dominus enim Deu. 28. Si audieris uocem domini Dei tui, faciet te excelsoiorem cunctis gentibus, quoniam dabo te in bonis, & post pauca subdit. Abundare faciet te in bonis, quantum ad secundum. Quaeque promissa sic praeue intelligebant Iudaei, ut propter esset Deo seruendum sicut propter finem: & ideo minus hoc remouit, ostendens primo, quod uirtutum non sunt facienda propter humanitatem, & ponit tria opera ad quae omnia alia reducuntur. Nam omnia, quae aliquis facit ad refragandum seipsum in suis concupiscentiis, reducuntur ad honorem; quaecumque uero fiunt propter dilectionem proximi, reducuntur ad eleemosynam; quaecumque uero propter cultum Dei fiunt, reducuntur ad deuotionem. Ponit autem haec tria specialiter quasi principia, & per quae homines maxime solent gloriari uenari. Secundo, docuit, quod non debemus finem statuere in diuitiis, cum dixit: Nolite thesaurizare uobis thesauros in terra.

AD QVINTVM dicendum, quod Dominus sollicitudinem necessariam non prohibuit, sed sollicitudinem inordinatam. Est autem quadruplex inordinatio: scilicet inordinatio in uita circa temporalia. Primo quidem inordinatio est in finem non constituimus, neque Deo seruimus propter necessaria uictus & uestitus. unde dicitur: Nolite thesaurizare uobis &c. Secundo, inordinatio est in modo, cum desperatione de futuro. unde dicitur: Nolite solliciti esse in uita, sed in uita uiuite. Tertio, inordinatio est in fine, cum indigetis. Tertio, ne sit sollicitudo sumptuosa, ut scilicet homo confidat se necessitate sua uiuere posse procurari diuino auxilio, quod Dominus remouet per hoc, quod non potest aliquid adiciere ad statum suum. Quod hoc, quod homo sollicitudinis tempus praecipue de hoc sollicitus est nunc, quod non pertinet ad praesentis temporis, sed ad curam futuram. Nolite solliciti esse in crastinum.

AD SEXTVM dicendum, quod Dominus non prohibet iudicium iustitiae, sine quo non possit subtrahi ab indignis, sed prohibet iudicium inordinatum, ut dictum est.

Utrum conuenienter in lege noua consilia quaedam determinata sunt proposita.

AD QVARTVM sic proceditur. Videtur quod conuenienter in lege noua consilia quaedam determinata sunt proposita. Consilia enim determinata sunt ad finem, ut supra dictum est. Cum de consilio ageretur, sed non eadem modo expediunt, ergo non sunt aliqua consilia determinata, omnibus proponenda.

¶ 2. Praet. Consilia dantur de meliori bono, sed sunt determinati gradus melioris boni. ergo debent aliqua determinata consilia dari.

¶ 3. Praet. Consilia pertinent ad perfectionem uitae, sed obedientia pertinet ad perfectionem uitae, ergo conuenienter de ea consilium non datur in lege.

¶ 4. Praet. Multa ad perfectionem uitae pertinent, sed precepta ponuntur, sicut hoc quod dicitur: diligite inimicos uestros, & precepta sunt quaedam minus Apostolis Matth. 10. ergo inconuenienter dantur consilia in noua lege, tum quia non omnia pertinent, tum est quia a preceptis non distinguuntur.

SED CONTRA. Consilia sapientis amantur, sed afferunt utilitatem, secundum illud prou. 11. & dicitur: odoribus delectatur cor, & dicitur: Consilia animae dulcoratur, sed Christus...

sapiens & amicus. ergo eius consilia maximam utilitatem continent, & conuenientia sunt.

RESPON. Dicendum, quod hæc est differentia inter consilium & præceptum, quod præceptum importat necessitatem, consilium autem in optione ponitur eius cui datur: & ideo conuenienter in legem nouam, quæ est lex libertatis, supra præcepta sunt addita consilia, non autem in ueteri lege, quæ erat lex seruitutis. Oportet igitur quod præcepta non uel legis intelligantur esse data de his, quæ sunt necessaria ad consequendum finem æternæ beatitudinis, in quem lex noua immediate introducit. Consilia uero oportet esse de illis, per quæ melius & expeditius potest homo consequi finem prædictum. Est autem homo constitutus inter res mundi huius, & spiritalia bona, in quibus æterna beatitudo consistit: ita quod quanto plus inhæret uni eorum, tanto plus recedit ab altero, & e conuerso. Qui ergo totaliter inhæret rebus huius mundi, ut in eis finem constituat, habens eas quasi rationes & regulas suorum operum, totaliter excidit a spiritalibus bonis, & ideo huiusmodi inordinatio tollitur per præcepta. Sed quod homo totaliter ea quæ sunt mundi, abiiciat, non est necessarium ad perueniendum in finem prædictum: quia potest homo utens rebus huius mundi, dummodo in eis finem non constituat, ad beatitudinem æternam peruenire, sed expeditius perueniet totaliter bona huius mundi abdicando: & ideo de hoc dantur consilia Euangelii. Bona autem huius mundi, quæ pertinent ad usum humanæ uitæ, in tribus consistunt, scilicet in diuitiis exteriorum bonorum, quæ pertinent ad concupiscentiam oculorum, & in delitiis carnis, quæ pertinent ad concupiscentiam carnis: & in honoribus, quæ pertinent ad superbiam uitæ, sicut patet. I. Io. 2. Hæc autem tria totaliter derelinquere, secundum quod possibile est, pertinet ad consilia Euangelica. In quibus etiam tribus fundatur omnis religio, quæ statum perfectionis proficitur, nam diuina abdicantur per paupertatem: delicia carnis per perpetuam castitatem: superbia uitæ per obedientiam seruitutem. Hæc autem simpliciter obseruata pertinent ad consilia simpliciter proposita, sed obseruatio uniuersuiusque eorum in aliquo speciali casu pertinet ad consilium secundum quod, scilicet, in casu illo, puta, cum homo dat aliquam elemosinam pauperi, quando dare non tenetur, consilium sequitur quantum ad factum illud. Similiter etiam quando aliquo tempore determinato a delectationibus carnis abstinet ut orationibus uacet, consilium sequitur pro tempore illo. Similiter etiam, quando aliquis non sequitur uoluntatem suam in aliquo facto, quod licite posset facere, consilium sequitur in illo casu, puta, si benefaciat inimicis suis quando non tenetur, uel si offensam remittat, cuius iuste posset exigere uindictam, & sic etiam omnia consilia particularia ad illa tria generalia, & perfecta reducuntur.

AD PRIMUM ergo dicendum, quod prædicta consilia quantum est de se, sunt omnibus expedientia: sed ex indispotione aliquorum contingit, quod aliqui expedientia non sunt, quia eorum affectus ad hæc non inclinatur. Et ideo Dominus consilia Euangelica proponens, semper facit mentionem de idoneitate hominum ad obseruantiam consiliorum. Dans enim consilium perpetuæ paupertatis Matth. decimonono præmittit: Si uis perfectus esse, & postea subdit, Vade & uende omnia quæ habes. Similiter dans consilium perpetuæ castitatis cum dixit: Sum eunuchi, qui castrauerunt se ipsos propter

A regnum celorum. statim subdit: Qui potest capere capiat. Et similiter Apostolus 1. ad Corinth. 7. præmissis consilio uirginitatis dicit: Porro hoc ad utilitatem uestram dico, non ut laqueum uobis iniiciam.

AD SECUNDUM dicendum, quod meliora bona particulariter in singulis sunt indeterminata, sed illa quæ sunt simpliciter & absolute meliora bona, in uniuersali sunt determinata, ad quæ etiam omnia illa particularia reducuntur, ut dictum est.

AD TERTIUM dicendum, quod etiam consilium obedientiæ Dominus intelligitur dedisse in hoc, quod dixit: Et sequatur me, quem sequimur non solum imitando opera, sed etiam obediendo mandatis ipsius, secundum illud Io. 10. Oues meæ uocem meam audiunt, & sequuntur me.

AD QUARTUM dicendum, quod ea quæ de uera dilectione inimicorum, & similibus Dominus dicit Matth. 5. & Luc. 6. si referantur ad preparationem animi, sunt de necessitate salutis, ut scilicet homo sit paratus benefacere inimicis, & alia huiusmodi facere, cum necessitas hoc requirat: & ideo inter præcepta ponuntur. Sed ut aliquis inimicis hoc exhibeat prompte in actu, ubi specialis necessitas non occurrit, pertinet ad consilia particularia, ut dictum est. Illa autem quæ ponuntur Matth. decimo & Luc. nono & decimo, fuerunt quædam præcepta discipline pro tempore illo, uel concessiones quædam, ut supra dictum est. & ideo non inducuntur tanquam consilia.

QVAESTIO CIX.

De exteriori principio humanorum actuum, scilicet de gratia Dei, in decem articulos diuisa.

CONSEQUENTER considerandum est de exteriori principio humanorum actuum, scilicet, de Deo, prout ab ipso per gratiam adiuuantur ad recte agendum. Et primo, considerandum est de gratia Dei. Secundo, de causa eius. Tertio, de eius effectibus.

PRIMA autem consideratio erit tripartita. Nam primo considerabitur de necessitate gratiæ. Secundo, de ipsa gratia, quantum ad eius essentiam. Tertio, de eius diuisione.

CIRCA primum queruntur decem.

- ¶ Primo, Vtrum absque gratia possit homo aliquod uerum cognoscere.
- ¶ Secundo, Vtrum absque gratia Dei possit homo aliquod bonum facere, uel uelle.
- ¶ Tertio, Vtrum homo absque gratia possit Deum diligere super omnia.
- ¶ Quarto, Vtrum absque gratia possit per sua naturalia, præcepta legis obseruare.
- ¶ Quinto, Vtrum absque gratia possit mereri uitam æternam.
- ¶ Sexto, Vtrum homo possit se ad gratiam præparare sine gratia.
- ¶ Septimo, Vtrum absque gratia possit resurgere a peccato.
- ¶ Octauo, Vtrum absque gratia possit homo uitare peccatum.
- ¶ Nono, Vtrum homo gratiam consecutus possit absque alio diuino auxilio bonum facere, & uitare peccatum.
- ¶ Decimo, Vtrum possit perseverare in bono per se ipsum.